

Angeli dicitur cado.

cont Angeli, nascente Deipara Virgine. Si sciunt, quid vel admiratione quærunt? Artificiofa est interrogatio in voluptatis blandimen: inquirunt, quam cognoscunt; ut audiant nomen. Semel audisse non fufficit, quod tantoperè placet: quid de Virgine interrogacionis studium, ubi vel nomen plenum gaudium Angelorum? Sequamur textum: Quae est ista (inquunt) quae progreditur quasi Aurora confurgens, terribilis ut castrorum acies ordinata. Ita omiffis alijs encomijs, metricè legit Mariana:

Marian.

Quae est ista, Aurora quae par confurgit? In armis Ut castra Regis inclyti. Vix in lucem edita, & iam acies castrorum ordinata? Respondet muneri, quippe nascitur homini: iungunturque arma, & simul lucis usura; ut confect auxilium generi, ab ipsa nativitate. Aurora in nativitate est, Luna plena gratia: in vitæ progressu, Sol splendidus consummato cursu: & quando Aurora, terribilis ut castrorum acies ordinata; quoniam hominis protectio, ab ipomet nativitate exordio. Bellatrix nomen habet, in quod dignandus Christianifmus respicit; ut omni tempore, loco & modo fit clamantibus auxilio. Insultat Luna Turcica, furenter ostentando potentiam: est Luna in Lunam. Obscuritas nominis ab inimicis intenditur, verum vincuntur: ut splendens Sol apparet clara & conspicua pro victoria; igitur radij Solis lucida tela. Etiam progreditur Aurora, cui nomen Bellatrix imponitur: aciesque ordinata castrorum merito dicitur; quoniam orbis Christianus Auroræ Virginis nomen Turcis opponit, ut castrorum aciem. Virgo, dum mundum plaudit, mensuram nominis implet. Illam nomen insigne decorat: semper enim.

Virgo boni- mi protectio ab ipso exordio.

Eius nomen in Turcas propagna- calum.

Virgil.

Magnum Regine nomen obumbrat. Ut impetremus invocationis suffragium, haud deseramus conversationis exemplum. Nunc o stella maris nostri, nos aspice praesent:

Hier.Veda.

Nunc lucem, lucisque tua iubar exere, & orbi Exorere, ac radijs nigrantem discute nubem.

DIDASCALIA VI.

Libertas humani generis, dum filius Dei filius hominis.

Sibyl.

Vidimus Auroræ Virginis iubar & lucem: adhuc ampliorem mirabimur splendorem. Brevis egressus Mariae de virginis alio.

Esorta est nova lux. Cecinit Sibylla Erythraea, & Venant. de Partu Virgin. à v. 349. fuccinir:

Palebra super gemmas splendorem Solis obumbrans.

Venant.

Suavior, & rosco nimirum rubicandior ostro.

Quippini? Vel insensibile sentit quale & quantum lumen affert; dum filius facit nova omnia, ut cognoscatur Aurora Maria.

Matris Regina ferebat Obsciculum, gravibus subnectens flumina gemmis.

Claudian.

Tunc & Solis equos, tunc exulasse choreis Astra ferunt, mellisque lacus, & flumina lactis

Erupisse solo, cum floribus, aquora vernis Bosphorus indueret.

Natum Dominum cum- sta elemen- ta testatur.

Inquit alio Claudian. 1. de Land. Stilicon à v. 82. Exultat terra, letantur caeli, commoventur mare, gaudent campi vestitu florum, simulque exultant omnia ligna silvarum a facie Domini, quoniam venit. Huic argumento invenies pulchra, etiam apud Ethnicos: adi Virgil. Eclog. 5. v. 28. & 58. 6. Aneid. v. 256. Petron. in Satyric. Carm. 19. & Stat. 1. Achill. v. 101. qui quàm proptè, videbitis in Ephemer. die 25. Decembr.) lib. Silvar. carm. ult. à v. 7. modulat:

Refervo diem beatam. Vix Aurora novos movebat ortus, iam bellaria adorea plaebant. I nunc sacula compara vetustas Antiqui Iovis, aureumque tempus, Non sic libera vina tunc stabant, Nec tardum signi occupabat annum: Unà vestitur omnis ordo mensa. Hic agnoscitur omne, quod theatris Aut forma placet, aut probatur arte. Aptius & brevis Catholica Ecclesiae: Illuxit nobis (ait) dies redemptionis novae, reparationis antiquae, felicitatis aeterna. Pendamus singula.

Stat.

1. Lux Auroræ visa, oriente Sole. Quomodo Sole oriente, visa fuit & nitidior lux Aurora? Filius Auroræ Sol est. Ni protectio oriretur Sol, maternitas non constabat, quanvis Auroræ virginitas praelecebat: luque Auroræ Virgo-mater confertur, sed Sole oriente; ut claret genitricis singularis splendor, dum singularis rutilabat honor: igitur virgo Aurora Solem peperit, & mater virgo permanfit. De huiusmodi splendore plura diximus, Tautolog. 3. D. 3. Alia exponenda. Virgo parit Deum caeli (inquit Chryfol. ferm. 146.) Regem terrae, orbis Dominum, reparatorem mundi, mortificatorem mortis, reddatorem vitae, per-

Lux Virgini- nis, virginita- tis & maternitas.

Chryfol. Quid nobis contulis in partu

perpetuitatis auctorem. Quid ergo ad mortis mortem, vitae restitutionem: felicitatque perpetuam, lux Auroræ, Sole oriente? Insigne redemptionis & cum pretio novitatis. Redemptio homini promittitur, si filius Dei filius hominis nascatur: idest, si in saeculo nasceretur, qui ante saecula natus; ut excuteretur tyrannica servitus. Oritur uti Sol ex Virgine quasi Aurora, qui iam ortus ante tempora. Est lux Auroræ, dum Sol oritur; & lux Auroræ, priusquam Sol oritur. Lux Auroræ ante Solis ortum, erat duntaxat redemptionis signum; sed non redemptioni, quæ pendebat omnimodo à Solis ortu; diciturque, ut libertas lucecat à servitute, Lux Auroræ, oriente Sole; quippe redemptio & redemptionis novitas, ex eo quod Sol ex Aurora nasceretur in terra, qui natus Sol, priusquam Sol nasceretur ex Aurora. Appulparat acumini Leo Papa, ferm. 2. in Nativit. Domin. cap. 2. Adventibus ergo temporibus (inquit) quæ redemptioni hominum fuerant praesentia; ingreditur hac infima Iesus-Christus, de caelesti sede descendens, & à paterna gloria non recedens, novo ordine, nova nativitate generatus. Novo ordine, quia invidibilis in suis, visibilis factus est in nostris (&c. de quibus forsitan alibi.) Nova autem nativitate genitus est, conceptus à Virgine, natus est Virgine, sine paterna carnis concupiscentia, sine materna integritatis injuria. Nova nativitas supponit nativitatem, in qua collocaverat caelum redemptionem. Prima ex Patre solo: ex matre sola secunda generatio. Adinstar genealogiae Melchisedech, sine matre, ac sine patre. A Patre solo uti Deus: à matre sola uti homo. Hominem ostendit veneranda maternitas: Deum feminae parturientis virginitas. Concepsit Deo Mariam, cœlique favore, Ostendit manifesta fides infantis in ortu: Virginitas illaesa docet.

Leo Pap.

Christus natus ex Patre, nascitur ex Virgine.

Souf.

Accinit Soufa. lib. 6. à v. 5. ut fiat hominis redemptio & novo modosoporter Dei filium pro hominibus nasci denud: etenim tunc homo demonis excutit iugum, dum Virgo generet genitum.

Apoc. 12. 9. 10.

Nest. I.

3. Audijt Ioannes vocem de Cœlo dicentem: Nunc facta est salus & virtus & regnum Dei nasci, & potestas Christi eius. Facta salus & nunc? Utrique: Proiectus est accusator: proiectus est draco ille magnus, & antiquus serpens, qui vocatur diabolus & satanas. Iam ergo facta redemptio & novo modo, sicut patet ex triumpho: verum unde tantè plausus origo? Videtur ex visione, tantquam in speculo. Intendite. Signum magnum (alij, miraculum magnum) apparuit in cœlo: Mulier amicta Sole. Bernard. de Deipar. Tom. V.

ferm. 1. Christum intelligit per Solem, & Matrem-virginem per mulierem. Haec in utero habens clamabat. & peperit filium: hoc est, ut Aurora Solem, cuius ante conceptionem portabat lucem. Mirabile prorsus signum! Antequam Virgo haberet in thalamo uteri, iam erat amicta Sole. Quomodo ergo Virgo Aurora Solem Christum peperit; si Sol iam erat, antequam hominem in utero concepsisset? Apparuit optatum signum, in redemptionem hominum. Sub iugo diaboli retinenda humana captivitas, quousque Deus homo ferreas frangeret catenas; quarum extrema tracta à diabolo, ne possint arte quatenus projici à collo: fitque Virgo Solis puerpera, quæ Solis splendore fuerat amicta; ut pateret Deus verus homo in orbis, qui erat Deus verus a Patre: ex miraculo unionis, libertas pendebat humani generis; patetque serpens prostritus, draco proiectus, facta generis salus, & redemptio nova micat; quia Virgo concepit Solem, & peperit qui iam erat. Verbum in Virgine caro factum, erat pridem apud Deum. Deus erat Verbum, quod ut Sol ante carnem, matris amicum: futurum ex Virgine & in matre quod non erat; ut redimeret, cuius assumere conditionem cogitaverat: & dum Virgo Solem uti Aurora peperit, caelum salutem generis humani plauidit; igitur (si nova redemptio, dum filius Dei, Deus videretur & homo) Virgo mater in lucem prolucit Solem, qui iam erat ante Virginem. Salus profectò hominis, si esset homo in genitrice, qui erat Sol, Patris splendor, in Patre: dum Sol oriturus, qui iam Sol uti hominis salutem nitesceret nova lux.

Veil. 2. & 51

Ex utroque nativitate facti salis in mano generis

Cum Christi nota lux & salus.

Venant.

Iam nata lux est, & salus: Deum Maria protulit.

Ait Venant. Hymn. in Christi. nativit. v. 29. Profectò salus ex Virginis partu, & servitutis excusio: igitur iam Sol divini gavisus nativitate, antequam oriretur ex Aurora Virgine. Si facta est salus, Salvator apparuit: utique, Virgo peperit: & excutienda servitus; si ex Virgine nasceretur, qui iam natus.

4. Natus est vobis hodie Salvator (dixit Angelus pastoribus) & hoc vobis signum. Invenietis infantem pannis involutum & positum in praesepio. Clarum videtur signum: igitur Maria peperit filium suum primogenitum, & pannis eum involvit, & reclina- vit eum in praesepio. Sic ergo: ceterum unde ex lignis, etiam inventis, constat, quod natus Salvator mundi; dum igna nunciari possunt de quolibet nato infante? Nullo modo: signum est infallibile de nativitate Salvatoris, & salute humani generis. Pende verborum emphasim, & fige penitus cogitatione.

Luc. 2. 12. 13.

Veil. 21

tationem. Maria (dicitur) peperit filium suum. Singularis namque modus loquendi haud nisi in partu Virginis, signatus alibi. Frequenter enim in Scriptura stylus: *Pariet tibi* (uti diximus, *Tom. 2. T. 2. D. 9. n. 5.* & observat Salmeron, *Prolegom. 15. Regul. 13.*) qui quidem usus etiam apud Ethnicos obviat. Homer. *5. Iliad. v. 904. Mibi autem te genuit mater.* Virgil. *1. Aeneid. v. 621. Dardanio Anchise anima Venus genuit:* & Pausan. *cap. 37. Alope cum Neptuno Hippothoentem peperisset.* De Elisabeth dicit Luc. *1. 57. Impletum est tempus pariendi, & peperit filium.* Si quod in lucem edit gravis foemina, eius profecto filius est; cur uti singulare dicitur de Virgine, quod peperit filium suum? Illi foemina parit, de quo concepit: suumque solum filium peperit Virgo, quia non ab alio: invenitur enim habens in utero de Spiritu Sancto, non de viro; quia filium in se & ex se concepit illius virtute, nequaquam ex viri semine. *Suum*, quia sicut Pater sine matre filium habuit, ita Virgo sine patre filium peperit. Filius enim est Patris, & est etiam filius Virginis: sine Virgine a Patre, sine patre ortus a Virgine: & utriusque proprius, & non utriusque communis dicitur filius; quoniam qui non ab alio, non est alterius. A Patre aeternus per aeternam generationem, priusquam a Virgine suscepit in tempore humanitatem; quia apud Patrem filius Virginis erat, priusquam esset filius Virginis. Hoc est Mariae privilegium praesentibus sanctorum. *Ex utero ante luciferum.* Malucud. & Ar. Montan. ex Hebr. *De matrice Aurorae vos generationis tuae.* Generatio Christi singularis & praecleara ros duntaxat ab Aurora. Unde hic Bochius:

Illi foemina parit, de quo concepit.

Cur Virgo Deipara dicitur Aurora?

Psal. 109. Malucud.

Christus ros.

Boch.

Deus homo, hominis redemptio.

Matrisque beatus
Ex utero es, seu ros caelo descendit ab udo.
Habitatus homo redemptionem; ubi ex matre esset filius, qui ante matrem: tunc enim novitatis insolite decor, quo in terra natus Salvator; quippe tantum filius Virginis, qui duntaxat filius Patris: & ut demonstraret Angelus hominam Salvatorem; *Filium suum* asserit peperisse Virginem, quoniam nullam aliud expressius signum in redemptionem hominum, quam habere in terra Virginem genitricem, qui erat sine genitrice & ab aeterno apud Patrem. Virginitas matris Deum natum attrahat; quia filius virginis nequibat esse, nisi ante Virginem fuisset: tuncque signatur ab Angelo nativitas Salvatoris; igitur signum humanae salutis, qui in caelis habebat Patrem, in terris habere ut hominem genitricem. *Hodie* proculdubio natus est Salvator mundi: equidem hodie

videretur uti mirabile, eundem nasci e sine illibato Virginis, qui erat gloria decorus in sinu Patris. Hinc fons humanae felicitatis: nativitas scilicet Salvatoris & partus Virginis; equidem antiqui lapsus fultu reparatio, ubi qui Deus, in Virgine natus homo.

5 Exules exierunt e paradiso protoparientes, dotem supportantes transgressionis, simulque ex mali degultati acerbitate, infelices & exules filij Evae.

Capit origo, perijt, eademque a semine sumpsi.
Deus, qui proprie promptus ignoscere; simulque difficilis, peccata vel obnoxios redde-re; dicit per Ieremiam, videns captivam conditionem humanam: *Revertentur de terra inimici, & est spes no ovisimis tuis.* Haud datur signum in tantum naturae qualitate commodum? Uti que & signum magnam; Salvatoris nativitas, & in nativitate singularis novitas. *Creavit Dominus* (id est, *Creare decrevit*, ut alibi dixi, sumptis verbis realibus, pro mentalibus) *novum super terram: Foemina circumdabit virum.* Hoc est, Virgo pariet, uti Vates Evangelicus praedixit. Cur igitur dicitur, *Circumdabit virum* & non infantem, vel puerum? Infans a foemina circumdatur, dum ab illa concipitur. Nullus concipitur vir facultate naturae. Nunquid potest in ventrem matris suae iterato introire, & renasci? Quomodo possunt haec fieri? Aurora mater est, cuius Sol filius: *Vir, Oriens nomen eius.* Si diceret infantem, nequaquam esset ante genitricem: dicens in Virgine virum, ante nativitatem signabat natum; equidem in signo mirabili ad restorationem novitas, quod eiusdem esset ante infantis nativitatem nativitas.

Hac est illa dies, prima post crimina culpa, Expectata diu, supera festiva cohorti, Et patribus sperata pijs: que prima salutis Attulit aeterna caelestia munera mundo.
Reversioque signatur in patriam, in antiquam conditionis gloriam, in voluptatis hortum, dum Virgo peperit simul infantem & virum; quippe reparatio sempiterna humanae generis, ubi qui filius coeternus aeterni Patris, videretur filius foeminae virginis. Quid fumus? Quid fumus? Indicat Venant. Fortun. d. v. 329. & 339.

Tartara disrumpens, patria captiva rediens,

Et libertati post iuga pressa refers:
Ecce tuus florens uterus, que praestitit orbis
Te pariente fide, nos paradisis habet.

6 Periere vires Monarchiae adverso Marte, & triumpharunt inimici. Gemebant cives hostium importabile iugum; sed in libertatem eis incidit consilium bonum. Adi Mendum

Sedul.

Ter. 31-16. 17.

Verba realia pro mentalibus. Veli. 22.

Zech. 6. 12. Christi singularitas, ante nativitatem nativitas.

Souf.

Homini reparatio Deus homo.

Venant.

dum in Princip. perfecti. Document. 48. n. 17. Eduxerunt in aciem, pro confictu, Marte pridem adversario, Principem infantem, quem habebant in cunis; cuiusque aspectu vicerunt dudum victores. Eo theatrum generis humani, in paradiso victi caliditate atque livore colubri: qui fretus & insolentia & malitia hominum calcabat colla, gaudens eod quod caelum clausum sibi, clausum etiam illo in certamine homini. Deus huius ambiebat restaurationem, ut in patriam possit redire caelestem, proijciendo daemonym iugum, simul ditumpens vincula eorum. Quid ergo cogitavit pro homine? Iterum introducit primogenitum in orbem terra: & in secundo consiliu victores vitis; quippe non sustinerant faciem infantis, quem in certamine Virgo habebat in cunis.

In cunis Christus vocat hominis hostes.

Hebr. 1. 6.

Gracius.

Nascitur Sol.

Seneca.

Statua Memnonis.

Autumn.

Corruit, & veniente Christo, tacuit.

Iguenat.

Eriam daemonymum oracula.

Lotus cuiusdam conditionis.

Polybium consule lib. 12. *Histor.* Dion. Chryso. *Orat. 35.* Erafm. 2. *Chil.* centur. 7: Adag. 62. & Claudian. *Minoen in Emblem. 114.* Alcizat. Deiecta natura humana eiecta est ex horto voluptatis, ut vitae misere pungeretur spinis, tracta gemitibus, quousque solis rutilare adventus; equidem nullo modo antiqui status perficienda reparatio, donec infans Deus videretur in loto. Benignis optatis radijs, homo

Sargis & atberet spectans orientia Solis. Virgil. Felicitas conditionis humanae pendeat a status reparatione, quae quidem futura Sole adveniente; ut expelleret urgentia mala, restituens amissa bona: apparectum Christus infans in loto, fractis laborum spinis; ut pateret reparatio omnique felicitatis: igitur per loci carnis assumptis dulcedinem, malorum intuitu in perpetuum oblivionem. Non lat Soli orienti felicitatis gratia, nisi esset ex nativitate & felicitas aeterna.

8 Nullum animal noxiam nasci, nec posset vivere in Creta, ex *Elia. Histor. Animal. lib. 5. cap. 2.* diximus, *Tom. 3. T. 10. D. 2. n. 3.* qui addit: *Concessum hoc minus a Iove, nempe in ea & nutritio & occultato.* Lucian. in *Sacrific.* & *Natal Com. 2. Mytholog. cap. 1.* *Cretenfes non solum natum esse apud se Iovem memorant, verum etiam sepulcorum eius ostendunt.* A serpentis antiqui veneno etiam post exilium laborabat homo. Dum Dominus caeli videretur in terra, expellenda draconis virosa toxica. Felicitas tracta a veneno liberari; sed summa, non posse percipi, ut tanquam in Creta nativitate Iovis, natura humana veneni videret experte: completaque est hominis felicitas, ubi in Dei filio nascente apparuit humanitas; quippequam draconis Averni cessavit virus, ex quo Christus in terris ex matre virgine natus. Repleta est terra scientia Domini, Sapientia Patris descendente ab olympo; & non nocebant, nec hominem occidunt in universo. Proposito; & si alio intentus Stoicus, in *Hercul. fur. v. 249.*

Chrysostomus exponit mala, & intulit bona.

Elia.

Nat. Com.

Cur in Crete nullum virulentum animal.

Isai. 11. 9.

Quae bona ex nativitate Christi.

Senferre terra pacis auctorem suae:
Abesse terris prosperum ac felix scelus;
Virtus vocatur, Ferax Deorum terra.

9 Quid dicit Mercurius Trismegistus? *Deus ergo sempiternus, Deus aeternus* (ait ad *Asclep.) nec nasci potest, nec potuit.* Fallitur: non cognovit filium Patris, qui ab aeterno natus, sicque natus potuit nasci: igitur Iesus-Christus aeternus Deus aeternique Patris filius, cuius aeterna generatio, nascitur ex Maria Virgine, factus homo. Strenue Plato apud *Cael. Rhodigin. lib. 16. cap. 17.* dicentem: *Ante hunc quem videmus Solem, Plato alterum in mundo cogitavit invisibilem.*

Trismeg.

Nativitas eius praestituta a Platone.

imaginem Dei Patris primam, veramque
filium. Ad rem aptissimè (& ut ait Rhodi-
gin. lib. 9. cap. 19. Divinissime) lib. 4. La-
gum, subdit: Deus omnium nobis est men-
sura; multoque magis, si quis, ut ferunt,
homo est: id est, si quando fiat homo; ut fe-
runt oracula. Subolcunt Aristoteles: Non
esse immortalibus Dijs indecorum dixit; bo-
minis induere naturam, quo ab erroribus se-
vocentur mortales: addit Rhodigin. lib. 17.
cap. 34. Qua in re Christi præsensisse adven-
tum, augurantur nonnulli. Alijs parco, ex
professo dicturus Tom. seq. Tautolog. 1. Qui
semperiternus in nostram felicitatem aeternam
suscepit naturam nostram. Qui natus nascitur,
quippe natus à Patre, natus ex intacta
virgine.

Aristotel.

Crel. Rhod.

Virgil.

Auxilium, adventumque Dei.
Igitur ex illa, qui sine tempore genitus, tem-
pore homo in similitudinem hominum fa-
ctus.

Rom. 1. 20.

Apparuit
oculis, qui
condicione
invisibilis.

IO Hinc Paulus: Invisibilia enim ipsius,
à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, in-
tellecta conspiciuntur. Iam nota, quæ prius
oculta. Erat Dei filius splendor Patris, &
Sol, antequam Solis videretur, vel cogno-
sceretur lux: & per ea quæ facta, Dei invi-
sibilia, à creatura conspiciuntur intellecta;
quippe in carne apparuit oculis, qui erat
naturà invisibilis. Qui iam natus, nasci po-
tuit, & nasci potuisse apparuit; quin indecorum
esset, ut homines favocarentur ab
erroribus in statum feliciorum; Verbum Dei
terminare humanitatem: imò mira, in uno
simul forma Dei & servi forma: claretque
intellectum, quod pridem obscurum; igitur
visibilis Sol in Virgine, qui omnino lucens
præ copia invisibilis à Patre. Vidimus enim
gloriam eius, dum in uterum Virginis de-
scendit è sinu Patris, prævià nativitate in na-

Ioan. 1. 14.

tivitatem novam, ad illustrandam deviam
erantem naturam: quandoquidem in forma
Dei permanens, humana carne subsistens;
vixit est homo ex substantia matris in secu-
lo natus, qui invisibiliter ex substantia Pa-
tris ante secula genitus. Apposite in textus
expositionem Plutarchus, quippe refugiet
ab amore modus. Quomodo (inquit, in Dis-
pat. amator.) geometra pueris, qui nondum
suo Marte possunt intellectibiles arripere es-
sentia incorporea & impatibiles figuras, for-
mant & offerunt simulacra, quæ tactu &
visu percipiuntur, spherarum; sic nobis Cu-
pido Cœlestis specula pulchrorum pulchra,
mortalis tamen, Deorum & patibilia intel-
lectibilium machinans, in formis, coloribus
& figuris decore relucetia demonstrat, mo-
vetque memoriam. Claret, cur Christus in
Virgine de Spiritu-Sancto conceptus: etenim
cùm essentia incorporea & impatibilis, uti
purè spiritalis, non esset species; uti invi-
bile videretur ab Amore essentiali pulchrum
pulchriorum speculum, mortale tamen, for-
matur: tuncque intellectibilis, non illud-
usque intellecti, subsijit perspicua intellectio;
quia filius Dei habitu inventus ut homo.
Totus conatus erat salus hominis, in acqui-
sitionem aeternæ felicitatis: homoque in Vir-
gine consecutus est salutem; quia filius Dei
invisibilis ostendit faciem.

Per matrem
invisibilis
visus

Plutarchi

Quis amoris
arripit

Matth. 1. 20

Philipp. 2. 7

Mantuan

Ecclesi. 2. 26

21

Tanto splendoris honore
Fulget, ut aeterno qui temperat ordine mun-
dum,
Gestavit gremio, lactaverit ubere dulci,
Strinxerit amplexu, summoque vocavit
Olympo:
Ergo cor illi addictum collocet, unde filium
traxit; ut sedeat cum principibus, & solum
gloria tenet; etenim illius eloquium:
Qui elucidant me, vitam aeternam
habebunt. Amen.

TESTIMONIA EXCERPTA E REGULA

S. P. N. BENEDICTI.

PROlog. Ausculta, ò filii præcepta magi-
stri, & inclina aurem cordis tui: &
admonitionem pij patris libenter excipe,
& efficaciter comple: ut ad eum per obe-
dientia labore redeas, à quo per inobe-
dientia desiderium recesseras. T. 10. E. n. 40.
43. & D. 3. n. 5. Per auctum Evangelij
pergamus itinera eius. T. 2. E. n. 26. Domi-
nus expectat nos quotidie his suis sanctis
monitis, factis nos respondere debere. T.
1. D. 4. n. 9. ideo nobis propter emendatio-
nem malorum, huius dies vita ad inducias
relaxantur. T. 6. D. 4. n. 7. D. 6. n. 10. T. 7.
D. 4. n. 1.

Cap. 1. Ab hac operibus servantes seculo fi-
dem, mentiri Deo per consuram noscuntur.
T. 2. D. 1. n. 5. 6. Pro lege eis est de-
sideriorum voluptas: cum quicquid puta-
verint, vel elegerint, hoc dicunt san-
ctum: & quod noluerint, putant non li-
cere. T. 6. D. 3. n. 11. T. 7. D. 3. n. 14.
De quorum omnium miserrima conditio-
ne, melius est silere, quam loqui. T. 4.
D. 4. n. 1. Cœnobitarum fortissimum ge-
nas. T. 6. D. 2. n. 15.

Cap. 2. Abbas qui præ esse dignus est. T. 1. D.
3. n. 13. Christi enim agere vices in Mo-
nasterio creditur. D. 1. n. 19. In quo clama-
mus, Abba Pater. n. 20. Ideoque Abbas
nihil extra præceptum Domini debet aut
docere, aut constituere, vel iubere, n. 19.
& D. 2. n. 10. Uterumque rerum in tre-
mendo Dei iudicio faciendâ erit discussio.
T. 1. D. 1. n. 20. Sciatque Abbas culpa
pastoris incumbere, quicquid in ovis
paterfamilias utilitatis minus potuerit
invenire. Tantum iterum liber erit si in-
queto, vel inobediënti gregi pastoris fue-
rit omnis diligentia attributa, & mor-
bis eorum acibus universa fuerit cura
exhibita. T. 1. D. 1. n. 13. Cùm aliquis
suscepit nomen Abbatis, duplici debet
doctrinâ suis præesse discipulis: id est,
omnia bona & sancta factis, amplius
quam verbis ostendere. T. 10. D. 4. n. 11.
Omnia, quæ discipulis docuerit esse contra-
ria, in suis factis indicet non agenda. T. 1.
D. 1. n. 19. Miscens temporibus tempora,
terroribus blandimenta; ætrum magistri
pium patris ostendat affectum: id est, in-
disciplinatos & inquietos debet durius
arguere: obediëntes autem & mites &
patientes, ut in melius proficiant, obse-

crare: negligentes autem & contemna-
tes, ut increpet & corripiat, admonemus.
T. 9. E. n. 32. Neque enim dissimulet pec-
cata delinquentium: sed mox, ut cepe-
rint oriri, radicibus ea, ut prævalet,
amputet, memor periculi Heli. T. 7. E.
n. 7. T. 8. D. 1. n. 12. D. 4. n. 13. Secun-
dum uniuscuiusque qualitatem, vel intel-
ligentiam, ita se omnibus conformet &
apert: ut non solum detrimenta gregis, si-
bi comissi, non patiar, verum etiam in
augmentatione boni gregis gaudeat. T. 9.
D. 1. n. 14.

Cap. 3. Dicit ipse unde agitur. T. 7. D. 5. n. 34
Cap. 4. A scuit acibus se facere alienum. T.
2. D. 1. n. 14. Iracundia tempus non refer-
vare. Dolum in corde non tenere. Pacem
falsam non dare. D. 3. n. 17. Persecutiones
pro insubita sustinere. T. 4. D. 3. n. 16. Non
esse superbum. T. 2. D. 4. n. 18. Non detra-
ctorem. Ibid. & T. 6. D. 2. n. 19. Diem iu-
dicij timere. T. 1. D. 4. n. 9. Vitam aeternam
omni concupiscentiâ spirituali desin-
derare. T. 10. D. 2. n. 16. Mortem quotidie
ante oculos suspectam habere. T. 6. D. 5. n.
16. T. 9. D. 3. n. 5. Ab hac vita sua omni
bonâ custodire. T. 4. D. 4. n. 14. T. 9. D. 3.
n. 5. Lectiões sanctas libenter audire.
T. 6. D. 1. n. 13. Præcepta Abbatis in
omnibus obedire, etiam si ipse aliter agat;
memor illius Domini præcepti: Quæ di-
cunt facite: quæ autem faciunt, facere no-
lite. T. 10. D. 4. n. 11. Cum discordantibus
ante Solis occasum in pacem redire. T. 2.
D. 3. n. 17.

Cap. 5. Moram pati nesciunt in faciando, de
quibus Dominus dicit: In auditu auris
obediit mihi. T. 10. E. n. 42. Qui vos au-
dit, me audit. n. 41. Mox exoccupatis ma-
nibus, & quos agebant imperfectum re-
linquentes, vicino obediëntia pede iuben-
tis vocem factis sequantur: & velut uno
momento prædicta magistri iussio, & per-
fecta discipuli opera. Ibid.

Cap. 6. Scurrilitates verò, vel verba otiosa,
& risum moventia aeternâ clausurâ in
omnibus locis damnata. T. 9. E. n. 57.

Cap. 7. Grad. 1. Primas humilitatis gradus
est, si timorem Dei sibi ante oculos sem-
per ponens, oblivionem omnino fugiat; &
semper sit memor omnium quæ præcepit
Deus, & qualiter contempnentes Deum,
in gebennam pro peccatis incidunt: & vi-
tam

FINIS TOMI QUINTI:

nam eternam, qua timentibus Deum preparata est, animo suo semper revolvat. T. 8. D. 2. n. 12. & 15. Mors secus introitum delectationis posita est. T. 6. D. 5. n. 18. Post concupiscentias tuas non eas. n. 9. Grad. 2. Necessitas parit coronam. T. 9. D. 5. n. 12. Grad. 3. Ut quis pro Dei amore omni obedientia se subdat maiori. T. 9. D. 6. n. 3. Grad. 5. Iniustitias meas non operui. T. 7. D. 2. n. 2.

Cap. 19. Consideremus, qualiter oportet nos, in conspectu Divinitatis & Angelorum eius esse. T. 5. D. 2. n. 9. Sic stemus ad psallendum, ut mens nostra corcordet voci nostrae. n. 4.

Cap. 27. Omni modo ut sapiens medicus. T. 1. D. 2. n. 10. Noverit enim se infirmarum curam suscepisse animarum: non super sanas tyrannidem. Ibid. & T. 5. E. n. 25.

Cap. 50. Qui omnino longe sunt in labore, & non possunt occurrere hora competenti ad Oratorium, & Abbas hoc perpendit, quia ita est, agant ibidem opus Dei, cum tremore divino steterint genua. T. 5. D. 2.

¶ 111



INDEX

Cap. 58. Senior et talis deputetur, qui aptus sit ad curandas animas. T. 4. D. 4. n. 2.

Cap. 63. Non conturbet gregem, sibi commissum, ne quasi liberatus utens potestatis, iniuste disponat aliquid. T. 8. D. 3. n. 10. Foris autem, vel ubiubi, custodiam habent; & disciplinam, usque dum ad intelligibilem aetatem perveniant. T. 4. D. 4. n. 3.

Cap. 64. Oderit vitia, diligat, fratres. T. 1. D. 2. n. 8. In ipsa autem correctione prudenter agat, nequid nimis. T. 8. D. 4. n. 13. Ne dum nimis cupit eradere aruginem, frangatur vas. D. 5. n. 11. Non dicimus, ut permittat nutriri vitia; sed prudenter & cum charitate ea amputet, prout viderit cuique expedire. T. 8. D. 4. n. 13. Studeat plus amari, quam timeri. T. 1. D. 2. n. 10. T. 6. D. 3. n. 14. Non sit nimis suspiciosus, quia nunquam requiescet. Ibid. & T. 10. D. 1. n. 20. Si greges meos plus in ambulando fecero laborare, morientur cuncti una die. Hec ergo, allaque testimonia discretioni, matris virtutum, sumemus, sic omnia temperet; ut & sit, quod fortes cupiant, & infirmi non refugiant. T. 5. E. n. 25.

INDEX

LOCORUM SACRAE SCRIPTURAE, ET QUESTIONUM literalium, quae excitantur hoc Tomo Quinto.

T. indicat Tautologiam: E. Literae expositionem: D. Didascaliam: N. Numerum marginalem.

Genesis.

Cap. 1. v. 2. Spiritus Domini ferebatur. Quomodo si Spiritus corda trahit, modo fertur? T. 5. D. 1. n. 2.

V. 11. Faciens, fructum iuxta genus suum. Quorsum fructus nominatur, & iuxta genus? T. 9. D. 5. n. 1.

V. 12. Lignum faciens fructum. & habens unumquodque senentem secundum speciem suam. Unde habeat proprietatem ultra propriam speciem? T. 3. D. 2. n. 10. 11.

V. 14. Luminaria, & sint in signa & tempora, & dies & annos. Cuius temporis signa? T. 6. D. 6. n. 10. T. 10. D. 6. n. 16. Quomodo signa temporum? Ibid.

Cap. 2. v. 9. Lignumque scientiae boni & mali. Quomodo contrarium? T. 3. D. 1. n. 6.

V. 17. Morte morieris. Quorsum Morte? T. 5. D. 4. n. 16. Quid est mori? a n. 17. & T. 7. D. 3. n. 11.

Cap. 3. v. 5. Aperientur oculi vestri, scientes bonum & malum. Si haec vera, quo pacto mera mendacia? T. 6. E. n. 40.

V. 25. Invenietis ponam inter te & mulierem: semen tuum & semen illius: ipsa conteret caput tuum. Cur contitio capitis colabri tribuitur mulieri? T. 11. D. 1. n. 31.

V. 19. Pulvis es, & in pulverem reverteris. Cur non dicitur Eva? T. 9. D. 4. a n. 3.

V. 23. Enisi cum Dominus Deus de paradiso voluptatis. An obsequium, vel supplicium? T. 2. D. 2. n. 7.

Cap. 4. v. 6. Quare iratus es, & concidit facies tua? Unde Caini pervercia, facie coram Domino torva. T. 7. D. 1. n. 15.

V. 14. A facie tua abscondetur. Quomodo possibile? T. 5. E. n. 29.

Cap. 5. v. 22. Ambulavit Henoch cum Deo. Quid sit, Ambulare cum Deo? T. 5. E. n. 23.

Cap. 6. v. 6. Penituit eum, quia hominem fecisset. Quomodo in Deo penitentia, si nulla? T. 6. E. n. 36.

Cap. 7. v. 16. Inclusit cum Dominus de foris. Cur haec arca clavein habuit, & non Arca testamenti? T. 11. D. 2. n. 8.

Cap. 8. v. 8. Enisi columbam post eum. Albam, vel nigram? T. 7. D. 6. n. 17.

Cap. 10. v. 9. Erat robustus venator coram Domino. Quid sit, & coram Domino, homo venator? T. 5. E. n. 26.

Cap. 14. v. 22. Levo manus meam ad Dominum, & c. Quid est, ad Dominum manum levare? T. 6. E. n. 29.

Cap. 17. v. 1. Ambula coram me. Quid haccine phrase intendatur? T. 5. E. n. 23.

V. 5. Nec ultra vocabitur nomen tuum Abram, sed appelleris Abraham. Cur littera H. additur ceteris nominis litteris? T. 9. E. n. 20.

Cap. 18. v. 27. Cum sim pulvis & cinis. Cur cinis, & non duntaxat pulvis, sicut signatur conditio futilis hominis? T. 9. D. 4. n. 8.

¶ 111

Cap. 19. v. 26. Versa est in statum salis. An verum sal? T. 9. E. n. 62. Cur dicitur versa in salis statum? n. 61. 63.

Cap. 22. v. 16. Quia fecisti banc rem, Quare non nominatur? T. 10. E. n. 2.

Cap. 24. v. 30. In aureis & armillis in manibus. Quo intuitu manibus in aureis? Ibid. n. 43.

Cap. 28. v. 12. Scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens caelum, & c. Quando scala inverfa, ut quod sursum infra? T. 11. E. n. 4.

V. 17. Domus Dei, & porta caeli. Quare tunc in domo Dei unica porta ad caelum, & modo duodecim portae in introitu? D. 2. n. 7.

V. 20. In via per quam ego ambulabo. Ut quid, si dixerat via? T. 3. E. n. 25.

Cap. 32. v. 26. Iam enim ascendit Aurora. Quodnam discrimen inter diluculum, mane, & auroram? T. 11. E. n. 12.

Cap. 33. v. 4. Stringens collum eius, & osculum flevit. Cur si gratiam fratris conciliat, cum illo habitare recusat? T. 2. D. 3. n. 10.

Cap. 38. v. 27. Unus protulit manum. Cur retraxit, si manum protulit? T. 3. D. 6. n. 6.

Ibid. In qua obstricta ligavit coccinum. Quo proposito? n. 5.

V. 28. Iste egredietur prior. Unde cogitatio, & an prudens vel imprudens? a n. 4.

V. 29. Egressus est alter. Qua ratione alter egressus, & alter signatus? n. 5.

Ibid. Quare diversa est propter te maceria? Quid huiusmodi phrase intenditur? n. 7.

Cap. 49. v. 1. Ventura in diebus novissimis. Quorsum in diebus novissimis, si dixerat ventura? T. 7. E. n. 40.

Cap. 50. v. 5. Quod fodi mihi. Quomodo ille, si fodit Abraham? T. 6. E. n. 7.

Exodi.

Cap. 3. v. 2. Apparuit ei Dominus in flamma ignis. Cur non in igne, sed in flamma? & quare dicitur, apparuit? T. 10. D. 6. a n. 4.

Ibid. De medio rubi. Cur in rubo, & rubi medio? n. 5.

V. 3. Adam & videbo visentem banc magnam. Cur magna, & haec? a n. 3.

V. 5. Ne appropies buc. Quare prohibetur accedere? T. 8. D. 4. n. 11.

Ibid. Solve calcementa. Cur si accedat, processurus nudo pede? n. 12.

Cap. 4. v. 2. Quid est, quod habes in manu tua? Cur pro filij Dei mittendi gratia, signatur virga? T. 11. D. 1. n. 2.

V. 4. Versa est in virgam. Unde ex colubro virga recitudo? T. 11. D. 1. n. 14.

Cap. 7. v. 10. Versa est in colubrum. Quare in draconem versa, dracones si voraturae? T. 6. D. 4. n. 14.

V. 12. Proiecerunt singuli virgas suas, quae versa sunt in serpentes. T. 6. D. 4. n. 14.

¶ 111